

um indulgentiam in  
gii animabus in pur-  
ndulgentiam lucrari  
o degentes, nec non  
quocumque impedi-  
us peragere valeant,  
eadem in alia pietatis  
sint, cum facultate  
d primam Commun-  
bus tum laicis, tum  
am specialiter nomi-  
sam eligere possint  
arem ex illis, quo-  
s (qua facultate uti-  
, aliaeque mulieres  
pro Monialibus) qui  
lesiasticis sententias  
a exceptas, nec non  
umvis gravibus, et  
peciali licet forma  
jusmodi Indultum  
tantum absolvere  
uo ad salutis iter  
spatio facultatem  
nt, ac vere poeni-  
que ab obligatione  
eamdem Plenarium  
ibus in quibus ad  
cessaria videntur.  
ne etiam jurata, et  
nae a tertio accepta  
ec non penalibus,  
judicetur ejusmodi  
(materia) in alia più  
tentia salutari, et  
s dispensandi super

irregularitate, ex violatione censorum contracta, quatenus ad forum externum non sit deducta, nec facile deducenda; praeter hanc vero Confessarii praedicti nullam per praesentes Litteras facultatem habebunt dispensandi super alia quavis irregularitate sive ex delicto, sive ex defectu, vel publica, vel occulta, aut super alia incapacitate, vel inhabilitate quomodocumque contracta. Non intendimus autem per praesentes Litteras ullo modo derogare Constitutioni cum appositis declarationibus editae a fel: rec: Benedicto XIV Praedecessore Nostro, quae incipit "Sacramentum Poenitentiae" quad inhabilitatem absolvendi complicem, et quoad obligationem denunciationis, neque intendimus facultatem concedere ad eos absolvendos, qui a Nobis, et Apostolica Sede, vel ab aliquo Prelato, seu iudice Ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, et interdicti, seu alias in sententias, et censuras incidisse declarati fuerint, praeterquam si intra praedictum mensem obligatione suae satisfecerint. Quod si intra praeinitium spatium judicio Confessarii satisfacere non potuerint, ipsos absolvi posse concedimus ad effectum dumtaxat assequendi Indulgentias hujus Jubilaei, injuncta obligatione satisfacendi statim ac potuerint.

Haec concedimus, et indulgemus, non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis quibuscumque in contrarium facientibus, quibus omnibus, et singulis, etiam de illis, eorum totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, seu quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda fore, illorum tenores pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, et expresse ad effectum praemissorum derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Denique praecipuae Nostrae in Vos benevolentiae testem Apostolicam Benedictionem Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, omnibusque Clericis, Laicisque fidelibus curae vestrae commissis peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXI Novemboris Anno MDCCCLX Pontificatus Nostri Anno Sexto.

PIVS PP. IX.

*Concordat cum originali,*

*Edmundus Lingard?*

*DD. Archiep: Quebec: Secretarius.*